

1. Kun Joseph dercegit friend. K.C. Matth. 1, 18.
 2. De Immanuelie ob Matth 1, 18 t 23.
 De Edeocra 1 Joh 11, 2.
 3. De amicta baptiste. Matth 3, 4. Mr. 1, 6
 4. De ueni. Brighte Matth 3, 4. Mr. 1, 6
 5. Carter Sijg morte Mt. 5, 14. 88
 6. De bedroghs arca Eleemfynse. Mt. 6, 2
 7. Potrum bruch. Vanitas. Mt. XV, 9. PZ
 8. De hys, temperans, obseruans. Mt. 16, 1 - 4
 9. De angrys. Petrik Karp. Et. Mt. 16, 13 - 19. Incy.
 10. Tu es dñs my Dr. in ventr. Mt. 16, 16.
 11. De clarke heb. Mt. 16, 19.
 12. De antitaste. Solv. & lig. Mt. 16, 19
 13. De diabolo. Et. solutio. Mt. 17, 24 PZ
 14. Super de opfering u rima. Mt. 20, 1 - 16
 15. Vol. Et. aragonium volente. Mt. 23, 37.
 16. chichiburi. De Recensio Enzi. Mt. 24, 14.
 17. De otdagis Et. Mt. 24, 28
 18. Ager sanguinis. Mt. 27, 3 - 11.
 19. Tumbi servatores. Mt. 27, 6.
 20. De Cred. Judas Et. Mt. 28, 1. Mr. 16, 2.
 21. De curia mortis p. olen' sancti. Mr. 6, 13. Ies. 2, 14 PZ
 22. De membra mysteriis. Lur. 1, 35
 23. De Mysje Et. pr. servata.
 24. de rore Iesu. Lur. 2, 21
 25. de uente obst. peccatorum Lur. 7, 47, 48
 26. ipobrueggs Lur. 8, 13
 27. Et. curia Sabatina Lur. XV.
 28. De Memoria mystica Lur. XVI, 9
 29. De Edes. Lur. 16, 9
 30. Lur. 16, 9.
 31. De laetijns Et. Lur. xix, 41.
 X 32. Poi in glade accountz Lur. 22, 73

35

37

Quod DEO Salvatori Gloriosum!
DISPUTATIO THEOLOGICA

De

NATURA
**FIDEI JUSTI-
FICANTIS,**

Ex Joh. c. i. v. 12.

Quam

Mandato Serenissimi

Consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ

Pro LICENTIA

Consequendi Gradum Doctoris in Theologia

Publico Examini sifit

CHRISTOPHORUS REUCHLIN.

S. S. Theol. P. P. O. & Eccles. Pastor.

Respondente,

M. VITO FRIDERICO Weishenmayer/

Ill. Stip. Repet.

Die 6^{er} April.

In Aula Theologorum Nova,

T U B I N G Æ

A. O. R. MDCCI.

Literis Joh. Conradi Eitelij.

Brunswick Library
Disputation Thesaurus

DISPUTATIONES THEOLOGICAE

MATTHIAS SIDERICUS
COUNSEL & ASSISTANCE THEOLOGICAE

AD VULGARIA

CONTINUATIONE CIVILIAE THEOLOGIAE
QUAESTIONIBVS ET PROBLEMATIBVS

CHRISTOPHORIUS KENCHINI
SAPPHORIO NICETIENSIS

MATTHIAS SIDERICUS DE QUINQUAGINTA
PROBLEMATIBVS

CHRISTOPHORIUS KENCHINI

DISPUTATIONES

THEOLOGICAE

A



In Nomine Jesu!

THES. I.

Ctus *Johannes*, *Zebedai* & *Salomes* filius, *S. Scopus* ge-
Jacobi Maj. frater junior, è cymba pectoria
ad Apostolatum vocatus, atque omnium disci-
pulorum Domino longè charissimus, antiquis
καὶ ἐξοχὴν Theologus dictus, ob assertam Chri-
sti Deitatem, sub vitæ finem, obiit autem Ephes-
si centenario major, *Evangelium* scripsit. Cujus quidem scopum
atque summam ipse ostendit cap. 20. ¶. 31. *Hac autem scripta*
sunt, dicens, *ut credatis Jesum esse Christum Filium Dei*, &
ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Ut vel hinc pateat
reliquis Evangelistis prætermissa: quantum hujas scopi ratio ex-
gebat, non tantum suppleuisse *Prophetae* hunc, *ἀγιοτάτον*, *μεγαλού*
προφήτην *Iesum* scriptorem, ut eum appellat *Eusebius*; verum
etiam haereticis illius avi suum *Evangelium* opposuisse, qui
æternam Jesu Christi divinitatem impugnabant, suasque fabu-
las mysteriorum & traditionum apostolicarum nomine ecclesiis
obtrudere haud verebantur. Quemadmodum autem in prima
ejus parte adventum Filii Dei in mundum, ejusque in mundo
conversationem describit: ita in primo statim capite de hoc ad-
ventu Filii Dei per incarnationem agit, veram ejus divinitatem
¶. 1. 2. 3. 4. officium redemptorum ¶. 4 sequ. manifestationem de-
nique in carne ¶. 14. exponendo.

**Connexio
¶ &
Scopus spe-
cialis.**

II. Officium porrò Redemptorium , sub eleganti inque Scriptura S. frequenti à luce petita metaphora proponit docens : *Quis ille Redemptor ? λόγος scil. ab aeterno ad id muneris destinatus* ¶ 4. non *Johannes B.* quem nonnulli Redemptorem Lucemque hominum esse putabant ¶ 6, 7, 8. Quæ hujus officii redemptorii administratio ? nempe lucere in tenebris ¶ 5. Quod objecrum ? homines tenebris spiritualibus & ignorantia oppresi ¶ 4. & quidem ex intentione & consilio Dei omnes in universum , quotquot in hunc mundum veniunt ac nascuntur ¶ 9. *Quis denique eventus ? qui quidem ita comparatus fuerit , ut paucissimi illuminationi salutari locum relinquerent , plurimis lucem illam repudiantibus.* Tenebrae , ait , non comprehendenterunt eam ¶ 5. id quod fecerunt & ante adventum ḡ λόγος in carnem ¶ 10. & post incarnationem , maximè Judæi ¶ 11. Interim non frustraneum fuisse penitus hunc lucis in mundum adventum , cum aliqui fuerint , qui verâ Christum fide receperunt facti propterea filii Dei , ¶ 12. Verba ita se habent . Οὐτοις Ἰησαῖον αὐτὸν , ἐδωκεν αὐτοῖς ἐξοσίαν τένα Θεοῦ γενέσθαι , τοῖς πιστεύσοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ . Qua Vulg. ita reddidit : *Quotquot autem receperunt eum , dedit eis potestatem filios Dei fieri , his , qui credunt in nomen ejus.* B. vero noster Lutherus : So viel Ihn aber aufnahmen / denen gab er Macht Gottes Kinder zu werden / die an seinen Namen glauben .

Textus,

**Analys.
Logica.**

III. Agit igitur hoc & sequ. versu de fidelibus , qui per fidem Christum exceperunt , & vicissim per illum dignitatem filiorum Dei sunt consequuti . Hujus igitur Filiationis renatorum , tanquam fructus receptæ per fidem lucis ecclesiæ sistitur hic (1.) Subjectum , recipientes lucem , credentes . (2.) Ipsum beneficium , quod fiant filii DEI . (3.) Modus conferendi , in verbis , dare potestatem . (4.) Causa instrumentalis , fides , quæ describitur ratione Subjecti , quod sunt credentes , ratione Objecti , quod est nomen ḡ λόγος . Quibus addit vers. sequ. 13. Causam effici-

¶¶ (s) ¶¶

efficientem principalem tum *καὶ ἀρτιν*, non ē sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex Voluntate viri; cūm *καὶ Σέτιν*, ex Deo nati sunt.

IV. Sed singula Textus nostri verba excutienda. Connexionem cum antecedentibus facit partic. ḥ h. s. quamvis maxima mundi pars & plerique ex gente judaica Christum indignissimè à se repulerint, tamen aliqui certè fuerunt, qui eum vera fide reciperen. *Hunn. in h. l.* O'coi est ab ὅστος, quod relatum accidentis quantitatis s. continuae s. discretæ s. utriusque significationem habet. Usum Nov. Testam. si respiciamus, nunc quantus absolutè v. gr. *Marc. 2.10.* nunc quantus vel quotquot, quicunque, quoteunque significare solet, sive jam ad πάτερes ut *Matt. 7.12.* sive ad ἀδελφούς, *Joh. 21.25.* sive ad ἄρτον, *Ebr. 2.15.* sive ad λοιποὺς, *Apoc. 2.24.* sive denique ad ἀνθρώπου referatur, ut h. l. Universalitatis igitur particula est, nieminem excludens, atque adoptionis gratiam omnibus omnino, quotquot Christum fide recipiunt, sine sanguinis, conditionis, etatis aut sexus discrime, communem faciens.

V. Ελαβον λαμβάνω, quod generaliter ac proprie significat accipere, quacunque id fiat ratione. Speciales notiones, λαμβάνω pro insigni, quae in modo attributionis subjectaque materia occurrit varietate, complures sunt, collecta ab E. Schmid. *Annot. ad Matt. 26.26. p. 347. sq.* præsenti loco maxime convenit, quam tamen ibid: facit, excipiendi, suscipiendi, acceptandi significatio, quomodo hoc vocabulum de susceptione rei *Joh. 12.48. 6.17. 7.1.* 1. *Joh. 5.9. Matth. 13.20.* & personæ, *Joh. 5.43. 6.14. 7.6. 17.8.* 2. *Joh. 5.10.* usurpatur. Cum suo primitivo alias non simpliciter paria faciunt καταλαμψεν, & αἰσχλαμψεν, quorum illo vers. 5. hoc. ψ. II. utitur Evangelista; hic tamen Synonyma videntur, nisi quod majori cum emphasi sese mutuò explicitent. Quanquam enim καταλαμψέν & opprimere, obruere, & apprehendere, complecti significet, prioremque prætulerit Christo-

Analys.
Philologi-
co
Theologica
O'coi

sefotomus citante Camerario ita explicant, à caligine quidem per-
 secutionem patitur, non tamen opprimitur. Scopus tamen,
 qui est ostendere, quare non omnes ab hac luce illuminentur,
 facit ut posteriorem cum Lutherò, Chemnitio & plerisque in-
 terpretibus probemus, ut sensus sit: maximam partem homi-
 num lucem illam admittere noluisse, ut & ipsi lucidi fierent,
 clareque cernerent. Παραλαμβάνειν autem est accipere quasi
 in manus traditum, suscipere comiter, &, quod potissimum
 hoc in loco obtinet, recipere pro vero, agnoscere pro eo ac
 honorare qui est, Eod. sensu v. 10. adhibet verbum γνῶναι, agnoscere
 nempe cum approbatione & acceptatione, nec enim, ut
 observat Hynn, in b. l. naturalis tantum cæcitas reprehenditur,
 sed etiam contemptus ille actualis, quo homines pertinaciter à
 se repulerunt Christum cupientem ipsos liberare ab originali co-
 citate, Job. 4. 4s. pro λαυβάνειν repetitur δέχεσθαι, approbare,
 accipere pro eo quod est 1. Theff. 2. 13. Act. 8. 14. 6. II. 1. cum gau-
 dio 1. Theff. 1. 6. & quidem tanto, quo amicus amicum excepit Luc.
 16. 4. Gal. 4. 14. Act. 21. 17. quo Jesum infantem ulnis suis comple-
 xus est annosus Simeon Luc. 2. 28. Hisce conjungenda sunt reli-
 que textus circumstantia. Apparet enim, de ea λαβῆ sermonem
 esse, quā postā recipiens fit filius Dei, quā fit credendo
 in nomen Jesu Christi, queque opponitur impietati maxime
 partis hominum Christum ad se venientem repellentium, & in-
 primis Judæorum, qui tantum abest ut Dei filium, gratiam suam
 ultrò offerentem, prout decebat, susciperent pro eo, qui
 erat, Messia ac Salvatorem populi sui, agnoscere, ut potius
 lethali ipsum odio persequerentur, & tandem Romanis crucifi-
 gendum traderent. Atque hinc jam colligimus non intelligi
 receptionem corporalem, quā manu fit, aut quomodo Phari-
 sei Christum in domos suas receperunt Luc. 7. 36. sed spiritua-
 lem lucis coelestis visionem, receptionem non nude speculati-
 yam, que sicuti in hypocritas ipsosque etiam diabulos cadit, ita di-
 gnita-

gnitatem filiorum Dei conferre nequit, sed fiducialem, quae lucem illam exorientem non tantum non contemnit, aut repellit malitiose, verum etiam $\lambda\circ\gamma\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$ tanquam filium Dei, tanquam Messiam & Redemptorem, atque Reparatorem $\nu\circ\theta\circ\epsilon\circ\iota\circ\alpha\circ\sigma$ salutisque æternæ, sicuti revera est agnoscit, suscipit, honorat, illi confidit unicè, eundemque firmiter complectitur, ac tenaciter retinet.

VI. Is quem ita suscepertunt per pronomen relativum $\alpha\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$, aliquoties jam repetitum, indicatur, quod non potest referri ad proxime antecedens $\tau\circ\phi\circ\omega\circ\zeta$, sed ad remotius scil. $\lambda\circ\gamma\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$. Quanquam autem vocabulum $\lambda\circ\gamma\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$ valde ambiguum sit, ut vix aliud reperiatur, cuius plures sint significations, quarum 39, recenset S. Schmid, addente nonnullas *Stolbergio Diff. de λόγῳ & νῷ Platonico. c. 1. & §. 4.* Hic tamen loci peculiarem plane habere & toti mundo, ut ait laudatus *Schmidius*, extra revelationem in cognitam, res ipsa loquitur. De eo enim λόγῳ sermo est, qui in principio creationis, ante quod mera æternitas fuit, jam erat, qui erat apud Deum, qui erat Deus, per quem omnia facta sunt, qui est Lux hominum, destinatus Redemptor omnium, qui in tempore caro factus habitavit inter nos, cuius Gloriam viderent Apostoli, ut Gloriam unigeniti à Patre, cui Johannes B. hoc perhibuit testimonium, quod post ipsum venerit, & ante ipsum fuerit, qui ob $\tau\circ\lambda\circ\gamma\circ\omega\mu\alpha\circ\theta\circ\epsilon\circ\iota\circ\eta\circ\zeta$ in ipso habitantis ita plenus est gratia ac veritate, ut de ejus plenitudine accipiant omnes gratiam pro gratia, per quem ut melioris Testamenti Mediatorem gratia ac Veritas facta est, quidemque est unigenitus filius existens in filio Patris. Est igitur $\lambda\circ\gamma\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$ concretum personæ simplicis filii Dei, naturam illius diuinam cum hypostasi sive subsistentia exprimens. Rationes hujus appellationis, operose verbum mentale cum hoc $\nu\circ\pi\circ\sigma\circ\alpha\circ\mu\circ\omega$ comparando dederunt antiqui Patres, plures addidere Scholastici, à quibus plerique nostratim non multum abeunt. Summa huc redit: Filium Dei λόγον appellatum

 $\alpha\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$ $\lambda\circ\gamma\circ\eta\circ\tau\circ\alpha$

tum

tum esse (α.) ab æterna generatione , quia est sapientia Patris ab æterno à Deo genita Prov. 8. 22. (β.) à Creatione universi quia hoc verbo Domini cœli firmati sunt , Psal. 33. 6. Denique (γ.) ab officio , tum propheticō , quia Voluntatem Patris hominibus revelavit , Joh. 1. 18. Ebr. 1. 2. cum sacredotali , quia advocatus noster est , pro nobis intercedens , 1. Joh. 2. 2. Quæ & similia ad sanam de Filio Dei Doctrinam , prout alibi in S. Scriptura traditur , scite applicari dicit S. Schmidius Comm. ad 7. Joh. 1. 1. ex voce tamen λόγῳ adversus pertinacem adversarium solide probari non posse . Cujus tamen , quam ibi proprieſtentia , à communi parum differre videtur . Id obiter h̄c notamus , non adeo solido fundamento niti , quod de usu Targumico vocis מֶלֶךְ רַי & מִמְרָא vulgo traditur , quasi Messiam , ob promissionem verbo patefactam , hoc semper nomine Chaldaei Paraphraſta appellaverint : cum contrarium ex ipsis apparet , & vox מִמְרָא ſepe nihil aliud significet , quam ego , tu ipſe , exempla videri poſſunt apud Ligſtot. Hor. Ebr. & Talm. in Johan. c. 1. Speciosius est quod ex Hakſpanio ac Hildebrando docet Celeberr. Dom. Langius in Difſert. de Deitate τὸν λόγον . Nempe illam , quā pronominis reciproci vicem ſuſtinet , ſicut apud Ebræos ραῦ . νοῦς , נֶפֶשׁ , ſignificationem huic voci eſſe ſecundariam , primariam vero , quā respondet nomini τὸν λόγον μετρῷ יְהוָה & הַקְבָּה & מְשֹׁה . Quomodo egregium pro æterna divinitate Filii Dei ex voce λόγῳ peti poſſet argumentum . Id interim certissimum eſt nihil commune habere hunc S. Johannis λόγον cum λόγῳ Platonis , quem ille Philosophus minorem quendam & veluti partiarium Deum fecit , à ſummo & supremo emanantem ; & quidem non vi eſſentiæ divinæ , ſed tantum propter producendum mundum , ut propterea Proclus Platonicus Origenem accerrimè impugnarit , quod λόγον ſumnum & supremum Deum eſſe proſiteretur . Impia igitur ac

vana

vana Sandii Neo Ariani hominis conjectura est, Johannem voce λόγῳ ad Platonicorum Scholas respexisse, atque ex illorum mente explicandum esse afferentis *vid. Stolberg. l.c. 3.*

VII. Sed ad institutum redeundum nobis est. Pergit Evangelista: ἐδωκεν αὐτοῖς ἐξοιταῖς. Vocabulum ἐξοιταῖς non uno modo reddit interpres, potestatem Vulgatus, Facius Gloriam, αὐτοῖς ἐξουτεῖς decus, Beza *Jus*, dignitatem Calvinus, honorem Jansenius *ian* ac primò Maldonatus, qui postea sententiam mutavit cum, uti dicit, apud haereticum interpretem legisset, prerogativam Heinrichi, Nonnus explicavit per Iuniv., quā etiam voce utitur Chrysostomus, τῆς δύνατος ἀξιώσαται θυσίας dicens. Cum verò plurimae harum versionum coincident, quæstio hoc redit: utrum per protestateman dignitatem reddi debeat. Prius ὁ Λόγος κεκαθιδυενομένος fieri ait Heinrichus Exerc. in b. l. Nam & Erasmus accipit pro libera facultate credendi & non credendi, ut vires liberi arbitrii adstruant, & Bellarminus pro potentia ad justificationem pervenienti, ut fidem esse tantum dispositionem ad illam obtineat. Posterius autem non probat Hakspanius in Not. quoniam hæc vox utut seorsim aliquando dignitatem notet, nunquam tamen cum verbo dare construenda. In quo tamen falli putamus virum doctissimum, cum Matth. 20. 18. nec non Apocal. 13. 2. 4. ἐξοιταῖς cum verbo διδοὺς construeda, authoritatem, dignitatem, prærogativam dubio procul significet. Neque tamen periculum aliquod orthodoxie creatur, aut quicquam accedit Pelagianæ vel Pontificiæ cause, si priorem recineamus. Sicut enim illorum interpretationes textui locisque parallelis repugnare ex discordis Theologis sequent, constabit: ita vox ἐξοιταῖς in significacione potestatis multum differt à δυνάμει. Illa juris est, hæc facti; illa potentia in sensu metaphysico, hæc in sensu morali Jus. vid. E. Schmid. Annot. ad Matth. 28. 18. p. 379. Præterea, ut reale observat Hakspan. l. c. aliud est habere potestatem, ut quis faciat aliquid, aliud ut fiat aliquid, quorum illud ἐργάτης dicitur.

tauiv, hoc vero passionem infert. Quemadmodum etiam verba hæc non sensu diviso capienda sunt, quasi diceretur, qui credunt habere potestatem, ut aliquando fiant filii Dei, sed in sensu composito, hoc sensu, eos qui credunt habere potestatem ut sint filii Dei, eo ipso cum credunt & quatenus credunt. *Vid. B. D. Wolflin. Exerc. in Job. ad b. l.*

tauiv
Sed VIII. Beneficiū igitur cuius participes redduntur vera Christum fide recipientes est *ιοθεοία* sive *τένυα θεών γεόδων*. *Filius* aliquis dicitur vel propriè, quia soboles est progenita per essentia communicationem, quomodo ὁ λόγος μορογενὴς οὐ παρέστη dicitur infra vers. 14. & 18. quorūsum & singularissimum ille modus pertinet, qui est per unionem & Christo secundum humanam naturam competit. *Ebr. 1. 45.* Vel metaphorice s. ob creationem, v. g. *Job. 38. 7.* s. affectum gratiosum i. *Cor. 4. 14. 17. 1. Tim. 1. 2.* s. informationem *Matth. 11. 19.* s. curam i. *Theff. 2. 7.* s. hæreditatem *Matth. 8. 12. Eph. 2. 3.* s. denique ob adoptionem, quæ postrema significatio hujus loci est. *Hæc filiatione in se spectata* est hominis coram Deo justificati in filium ejus acceptio gratuita, propter filium Patris *διαπνηστὸν*, in quo Deus nos dilexit, & *ἐχαριτώσεν* *Eph. 1. 6.* ut qui naturā est filius iræ, *θέση*, imputatione divina sive gratiola sententia fiat filius Dei. Nam *τένυα ἐπαγγελίας* qui ad exemplum Abrahāmi vera promissum Messiam fide apprehendunt, licet non sint *ωρέους Αβεράδην τῆς σάρκας, λόγιζεται εἰς ωρέους*, accenset ad semen Abrahæ, & *τένυα οὐ Αβεράδην* Deo habentur sive sint Judæi sive gentes. *Rom. 9. 8.* vid. *E. Schmid. Annot. ad Matth. 27. 25. p. 364.* Et hæc imputatio non est fictitia & nullius entitatis, ut clamant Pontificii, sed realissimum Dei iudicium includit, quod fert de *throne gratiae* sue ex Evangelio super peccatore in Christum credente, quem à peccato absolvit & pro filio Dei reputat. Pertinet ad justificationem, cum qua tempore simul sit, ut ut naturā sit posterior, tanquam beneficium, quod ex mera atque gratuita

tuita Dei gratia citra ullum nostrum opus vel meritum accipimus, eidemque novum dignitatis & excellentiae gradum superaddit. In se duo involvit, acceptationem in filios gratuitam mediante verbo 1. Pet. 1. 23. & ius hereditatis cœlestis Rom. 8. 17. Amor autem Dei specialis Matth. 7. 11. Ebr. 12. 6, inhabitatio Spiritus S. gratiosa Rom. 8. 14. 15. similitudo 2. Pet. 1. 4. & quæ sunt alia, ut beneficia ac privilegia & signa eandem consequuntur, vid. Rappolt. T. 2. Op. Disp. 14. p. 1894. sequ. Cæterum scrupulū movere non debet verbum ~~veredictum~~, quasi non de re praædicta, sed adhuc futura & aliquando demum obtainenda sermo sit. Nam & fieri & esse significat, vid. E. Schmid. Annot. p. 650. sq. Leigh. Crit. s. p. 139. De illis præterea sermo est, qui jam ex Deo nati sunt §. 13. qui credunt in nomen Christi; de renatis vero idem Johannes 1. cap. 3. 2. Charissimi, nunc sumus filii Dei, & de creditibus Paulus, omnes filii Dei estis per fidem Gal. 3. 16. Credentes igitur, eo ipso quo credunt sunt, & cum in fide permanent, sunt filii Dei.

IX. Nec vero de hâc τοῦ λόγου οὐδὲν dubium cuiquam relevantem posse, sed omnino pateat, quo instrumento & quâ manu Christus recipiatur, addit hanc epexegesim: Τοῦτο γένεται εἰς ἡρωικὴν ἀνθρώπον. Eadem phrasin repetit infra c. 2. 23. c. 3. 15. 16. & 18. quam Vulg. nunc per accusativum nunc per ablativum redidit, affectuate magis quam verè, ut judicat Vallainb. I. Cæterum τὸ ἐρωταῖον proprio significat nomen personæ vel rei, & deinde ipsam personam certo nomine denotatam v. g. Act. 1. 15. & quidem non per Ebraicum, sed modo loquendi profanis gracis, quin & latinis familiari, ut Cicero 1. de Fin. Romanum nomen pro homine Romano dixit. Hinc jam est, quod in S. Scriptura frequenter nomen Dei aut Christi pro ipso Deo aut Christo ponatur, ita psallere, Psal. 9. 3. laudare Psal. 100. 4. invocare nomen Domini Psal. 116. 13. Idem est quod laudare & invocare ipsum Deum. Sicut igitur nomen Dei est ipse Deus, quatenus in verbo suo se nomi-

nominabilem fecit, quoad essentiam, personas & opera sua: ita etiam nomen Christi hoc loco comprehendit, quicquid de illo in Scriptura traditur, quod omne duobus, capitibus comprehendendi solet, quae ad personam ejus atque ad officium pertinent. Ut credere in nomen ejus, explicante *Cheranitio in b.l.* sit ita fide ipsum amplecti, sicut in verbo sive promissione persona & officium ejus nobis describitur & proponitur. *conf. Act. 2.21. c.4.12.*
vid. Tarnovius in b.l.

X. Planum ex hac tenus dictis esse puto loci nostri sensum: quare ad explicandam inde per aliquot conclusiones & probandum Fidei justificantis naturam nunc progredimur. Sit Conclusio. I. *Fidei justificantis objectum est Jesus Christus ut Mediator atque causa impetranda apud Deum gratiae, justificationis & adoptionis spectatus.* Fidei quidem vocabulum satis est ambiguum, cum nunc objective, *Act. 17. 31.* nunc subjective v. gr. *Ebr. 11. 1, 6*, atque utroque modo vel generalissime pro omni revelato, vel generaliter pro iis quae ad cultum Dei pertinent, vel specialiter pro iis quae salutem hominis peccatoris cum Deo conciliandi concernunt, accipiatur; & illa, quam subjectivam vocant vel habitualiter, ut qualitas in mente humana supernaturalis, vel actualiter considerari possit: Nobis tamen de fide subjectiva, speciali, actualiter spectata sermonem esse, res ipsa docet; qui de fide agimus, non in omni sua latitudine, sed in certo officio ac munere, quâ & quatenus justificat. Quoniam autem omnis actus mentis nostræ relationem quandam ad suum objectum importat, & suam ab illo distinctionem accipit, de natura actus fidei sollicitis, primò omnium de ejus objecto, quod illi in actu justificationis proponitur, ut actione sua illud attingat, & ab illo esse specificum ac justificum accipiat, dispiciendum erit. Distinguenda autem h̄c est ratio sub quâ credimus, quam objectum fidei formale vocant, quæque est divina revelatio, à rebus creditis sive objecto materiali, quod apprehendimus ut medium, quo salu-

Conclusio
(1.)
de F. I Ob-
jecto.
Explicatur

salutem impetrat credens. Hoc objectum cum dicimus esse Christum ejusque meritum, sive obedientiam ejus voluntariam, vicariam atque sufficientem Gal. 2. 20. activam & que atque passivam Rom. 10. 4. Cujus seil. intuitu Mediator est. 1. Tim. 2. 5. 6. & causa gratiae, justificationis & adoptionis Ebr. 5. 9. non contradicimus vel Apologia A. C. quæ Art. 4. de justif. p. 69. triplex facit fidei justificantis objectum, nempe Meritum Christi seu premium, Misericordiam Dei, quæ hoc premium ordinavit & acceptavit, & promissionem quæ ad justitiam hoc meritum offertur ; vel etiam Aug. Conf. quæ eodem Art. 4. fide dicit recipi remissionem peccatorum. Nulla enim inter hæc oppositio sed subordinatio est, neque multiplex hic sicutur fidei objectum, sed unicum sub diversa notione, Meritum sc. Christi intime includit Gratiam & Misericordiam Divinam & vicissim : atque ideo in Christum tanquam Mediatorem fiduciam ponere possumus, quia divina misericordia satisfactionem ab illo præsumit ita accipit, ut propter illam condonare peccata velit, & quia in verbo evangelii Spiritus S. eandem nobis offert ac promittit. Quenadmodum etiam cum dico , fidem apprehendere remissionem peccatorum tanquam bonum à Christo acquisitum, & in promissione evangælica oblatum, ad idem objectum fit redditus, nec differentia est nisi in modo loquendi. vid. Carpzov. Isag. in L. S. p. 208. & 223. & Wolf. lin. de Oblig. Cred. in Christ.

XI. His ita explicatis assertionis nostræ veritas ex textu probanda venit. (1.) Sicut nobis Johannes æternum Patris Verbum, & quidem in officio redemptorio, quatenus est vita & lux hominum, verbo promissionis illuminans, vitamque mortuis conferens. Sicut autem venit ut luceret in tenebris, sicut per eñorū malitiam à tenebris rejectus est : ita venit eum in finem ut recipieretur. Lux materialis objectum visus corporei est : occlus vero hominis spiritualis est fides. Hinc colligo : *Quic. tum in finem venit ut tanquam lux mundi in tenebris lucens mortuos.*

que vivificans ab hominibus recipereatur: ille quatenus est vita
 & lux hominum est objectum fidei accipiendum. A. Christus. E.

(2.) Actum receptionis explicat per fidem in nomen Christi. No-
 men vero Christi ipse Christus est in officio suo redemptio nobis
 revelatus. Diserta hic sunt Evangelistae verba. Argumentor:

*Dico credendo in nomen ejus salvificum recipitur, ille est obje-
 tum fidei iustificantis. A. Christus Mediator. E.*

(3.) Effectum receptionis Christi per fidem esse dicit *vnde Geritay.* Qui Christum
 recipit, apprehendit illum ut causam unde filatio divina depen-
 det: & receptio illa filios Dei facit non de se & ex se, sed virtute
 illius, quem recipit. Prona hinc collectio:

*Quo per fidem re-
 ceptorecipientes sunt filii Dei, ille est objectum fidei iustificantis,
 a quo esse salvificum habet. A. Christo recepto ut Mediatore. E.*

(4.) Consentient loca parallela Script. f. Fides in nomen Christi
 vocatur fides filii Dei. Gal. 2. 20. fides in sanguine filii Dei. Rom.

3. 25. fides Christi Phil. 3. 9. fides in Christum Act. 10. 43. argue his
 similibusque locis, ex instituto & in propria veluti sede de fide ju-

stificante agentibus, ejus objectum proprium & adaequatum
 Christus cum suo merito statuitur. Sicuti vicissim quando Scrip-

tura S. de lege tam ceremoniali quam morali agit, ex illa non
 esse justitiam frequentissime inculcat. Rom. 3. 28. cap. 4. 2. Galat.

2. 16. ejusque officium esse docet peccata arguere, accusare,
 condemnare Rom. 3. 20. 6. 4. 15. Ex quo autem iustitia non est,
 quicquid peccata arguit, accusat, condemnat, illud non potest esse

objectum fidei, que reconciliationem cum Deo, remissionem pecc-

catorum & receptionem ad vitam eternam querit. Et in quo,

fides hec omnia invenit illud proprium ejus & adaequatum obje-

ctum est. conf. Chemnit. L. de justif. p. 292. & Gerhardus. T. 3.

L. de justif. sect. 5. §. 127. squ.

Antithesis (1) XII. Non agnoscunt hanc veritatem Pontificis, qui obje-
 tum fidei iustificantis, ut ait Bellarmini Vindex Erbermanus T. 4.
 l. 5. c. 1. p. 122. tam late patere volunt, quam late patet verbum
 Dei

Dei, atque certam promissionem specialis misericordia non tam ad fidem, quam ad præsumptionem pertinere contendunt. Sicut autem hæc fluunt ex figmento de fide informi & formanda per charitatem, ita manifeste contradicunt Apostolo. Quanquam enim summa, finis & scopus totius scripturæ Christus Mediator *Joh. 5.39.* Historia tamen v. g. de annis Mathusalem aut de turri Babylonica, vel adulterio Davidis non potest dici nomen Iesu Christi, in quo fides adoptionem & salutem quærere possit & invenire. Neque etiam ideo, quia illis assensum præbethomo, propteræ ~~exortas~~ filiorum Dei particeps fit: cum fides ejusmodi etiam in hypocritis reperiatur, quin in ipsis quoque diabolos cadat *Iac. 2.19.* Et quid quæso aliud est recipere filium Dei, quam gratiam & salutem, quæ omnibus in nomine ejus salvifico offeratur, ut suam quoque compleæti, & quod omnium saluti destinatum est sibi in individuo applicare. Christus dicitur passus & mortuus secundum scripturam pro peccatis nostris, & resurrexit se secundum scripturas. *1. Cor. 15.3, 4.* Adeoque passio & mors Christi nobis in scriptura proponitur ut expiatoria nostrorum peccatorum, eaque propter fide recipi debet non tantum ut est veritas historica, sed etiam ut gratia Dei salutaris ad me pertinet, & fiduciali apprehensione in meum commodum converienda. Atque hoc spectant Christi miracula, *Math. 9.6.* & cœiones Apostolorum de divinitate ac resurrectione Christi. Quia enim verus Deus est, potuit nos redimere; quia mortuus pro nobis, pretium redemptionis perfolvit; ejusque resurrectio evidens testimonium est lytri non modo praestiti sed etiam acceptati: Et quando de horum veritate certò persuasi sumus, tunc demum firmiter credere possumus Deum propter filium suum nobis fore propitium. Quā vero fronte asserere possunt in concionibus scriptisque apostolicis nullum verbum de speciali misericordia reperiri, quandiu in S. Literis extant dicta clarissima *Act. 4.12. 6.10. 43.6. 13.38, 39. 6.15. 11. Galat. 2.20. Rom. 8.32, 32.* Non quidem negamus

Pontificis
rum
Refutatur
(1.)

(2.)

(3.)

Respondetur ad ob-
jectum
(1.)

(2.)

(3.)

(4.)

gamus fidei quâ justificamur varia esse objecta, eandemque in genere versari circa omnia, quæ divinitus in verbo revelata sunt, varia quoque exercitia in cruce, in obedientia, in petitione rerum spiritualium pariter & corporalium. Ut vero non omnia objecta fidei præbent esse justificum, cum apprehendi possint, ut justificatio non sequatur; ita nec omnibus fidei actibus tribui potest justificatio, cum in homine per fidem justificato maxime apprehendantur, atque principale illud objectum tanquam fundatum præsupponant, ut in quo omnes promissiones divine sunt vñ. C dñi. 2. Cor. 1. 20. Docent hoc exempla fidelium

(5.) Apostolo Paulo citata Ebr. c. 11. Docet exemplum Abrahami, cuius fidei principale ac proprium objectum fuit semem promissum Gen. 12. 3. Gal. 3. 16. Rom. 4. 7, 8, 9, 11, 22. Quod vero etiam crediderit Deo promittenti ex Sara sterili & decrepita numerosissimam prolem, ad exercitium hujus fidei pertinet. Eodemque modo exempla leprosi Marc. 1. 40. Pharisei & publicani Luc. 18. pro nobis faciunt. Ille beneficium corporale petebat, prout decebat, sub conditione. Pharisei fiducia in propria merita non Christum Mediatorem ferebatur v. 11, 12. Publicanus vero ad misericordiam Dei confugit, & ad iλασηγιον in sanguine filii Dei propositum respexit 14. Interim contra nos non disputant adversarii, quando operose probare conantur, eam fidem, quâ credimus remissa nobis esse peccata, sequi demum justificationem: nos enim de remissione peccatorum ut acquista & oblata, non vero ut à nobis acceptata hic loqui supra jam notavimus. Id vero valde elumbe est, quod tamen identidem ingeminant, nusquam in verbo Dei reperiri salutem mihi aut illi in individuo promissam: cum sub generali, quod speciale includit, recte subsument fides, sacramentis tanquam sigillis confirmata, & Spiritus S. obsignata testimonio. Rom. 8. 16. vid. Chemnit. Exam. C. T. P. 1. de F. justif. p. 370. sequ. & Wolfslin. l.c.

XIII. Sociniani, quia meritum Christi & satisfactionem vicariam negant, non possunt non circa objectum fidei definiendum nobis contradicere. Licet enim Deum primarium, Christum verum secundarium vocent, meritum tamen Christi excludunt: fides in illud Schmalzio nulla est. Quæ vero obſt. ciunt nullius momenti sunt, quod v. g. fides in rei, quæ futura est, firma opinione consistat, meritum autem Christi ad præterita pertineat, atque jam acceptum beneficium respiciat; quod nemo sanctorum ante Christi adventum in ejus meritum fiduciam suam collocaverit; quod denique meritum Christi persona non sit, ut fides in illud ferri queat. Sicut enim (1.) falso est fidem, esse nudam opinionem, cum sit ~~υπάστας~~ Ebr. II. 1. ^{Responde-} ^{tur ad} ^(1.) ~~τρόπον~~ cap. 10. 35. ita fidem respicere meritum Christi ut partum & jam applicandum, ut rem futuram de præsenti obtinendam docet Petrus Act. 10. 43. Nullam (2.) fuisse in Vet. Test. in meritum Christi fidem, vel solum Abrahami exemplum manifestæ falsitatis convincit. Qui enim per fidem, ut nos, justificatus est, ille utique justificatus est per fidem in Christum: & per quam fidem justificatus est Abraham, per illam justificati sunt omnes fideles. Rom. 4. 23. 24. Denique (3.) credere in Christi meritum nihil est aliud quam credere in Christum, ut est Redemptor noster. vid. Calovius Socin. Prostig. Artic. 6. Controv. I. & Quensted. Theol. Did. Pol. 4. 6. 7. qu. 4.

XIV. Sed nec Arminianii sine censura dimitti possunt, quorum omnis Theologia sub Libertinissimo credendi subtilem Papisum & Crypto-Socinianissimum involvit; vid. Hornbek. sum. Controv. lib. 8. & Kromayeri Scrnt. Relig. Disp. 8. Hilicet Deum & filium ejus adæquatum fidei objectum esse affirment, negant tamen misericordiam, justitiam & remissionem peccatorum fide apprehendi. vid. Apol. c. 10. p. 112. b. Diserta sunt verba Episcopii: Objectum fidei non potest esse justitia Christi pro nobis praesita, sive satisfactio & illam consequens peccatorum remissio. Quemadmodum

admodum etiam errorem, cui universa repugnat scriptura, vocat *Welsingius*, eos, qui sub Vet. Test. coram D E O justi habiti sunt, propterea tales habitos fuisse, quod sicut nos in Christum exhibitum, sic illi quem exhibitum iri omnino sperabant, crediderint. *Limborchius Theol. Chrif. L. 6. c. 4. §. 25.* absurdam plane sententiam vocat, objectum fidei statuere meritum Christi, errorem ex aliis ortum, nempe doctrina de satisfactione Christi vicaria, & evangelio non nisi promissa divina continente, quem refutatum vide apud *Frankium Ex. Anti-Limb. VII. cap. 1.* Nos præter superiorius disputata hoc tantum addimus: Objectum fidei recipiendum est nomen Iesu Christi salvificum, per quod præter propitiationem etiam præcepta ejus, promissa & minæ in Scriptura S. nusquam intelliguntur. (2.) Objecto hoc, ut causa adoptionis recepto recipiens fit filius Dei, fit igitur talis per imputationem. (3.) Denique εξοις filiorum Dei neminem partipem fieri, nisi qui Christum repererit, expresse afflert Johannes, nemo autem Christum recipit, nisi qui in nomen ejus salvificum credit. Hinc Apostolus: *Volumus per gratiam Domini nostri Iesu Christi salvari, quemadmodum & illi, Patres scil. Vet. Testam. Act. 25. 11.*

Conclusio
(2.) X. Viso objecto fidei ad actum, quem circa illud exercet, progredimur, de quo sit Concl. 2. *Actus fidei formalis est meriti Christi promissionibus evangelicis oblati, tanquam objecti sui cogniti & approbati, individualis & appropriativa receptionis.* Dico objecti cogniti & approbati: fiducialis enim apprehensio objecti justifici cognitionem ejus explicitam, & assensum generalem non tantum, sed etiam specialem presupponit. Hinc tres fidei justificantis véluti partes faciunt nostri, notitiam, assensum & fiduciam. Notitiam quidem non scientificam aut demonstrativam, quod Bellarmini contra eam objecta argumenta velle videntur, sed spiritualem, divinæ revelationi innixam, verbique divini efficacia accensam, eandemque explicitam, objectum

Explicatus
(1.)

secundum suum secundum se & simpliciter cognoscentem : id quod
 natura Dei exigit , cum impossibile sit sine scientia ejus cui as-
 sentendum aut in quod recumbendum est , assensum vel fiduciam
 concipere ; & S. Scriptura clarissime docet , quando totam fi-
 dem à notitia denominat *Ez. 33, 12. Job. 17, 8.* & auditum verbi
 ordinarium fidei ingenerandæ in adultis medium esse assertit
Rom. 10, 14. Assensum vero , quæcunque in Scripturis de Christo
 dicuntur pro veris atque certis indubitate habentem , superna-
 turalem non tantum ratione objecti sive materialis , sive forma-
 lis , sed etiam maxime ratione principii , Spiritus S. per verbum
 eundem producentis , *juxta 1. Thess. 2, 13.* Quoniam autem pro-
 missa evangelica nosse , eandemque approbare potest hypocrita ,
 desperabundus , peccator in Spiritum S. igitur sola notitia cum
 assensu naturam fidei justificantis absolvere non potest , sed ex
 parte voluntatis requiritur adhuc *fiducia* , objectum cognitum
 & approbatum tanquam bonum Dei verbum *Ebr. 6. 5. verbum*
pacis Eph. 2, 17. verbum reconciliationis 2. Cor. 2, 9. πιστὸν λόγον
καὶ πάσης δύσκολῆς ἀξεῖνον 1. Tim. 1, 13. desiderans , apprehendens ,
 in eodemque suaviter acquiescens . Dico porro *individualis &*
appropriativa receptio , h. e. talis quæ fiat ad me & te in indivi-
 du , quæ ego & tu promissionem de gratuita remissione peccato-
 rum nostrorum propter Christum ad te & me pertinere , nosque
 adeo in ea includi & sub ea comprehendendi ac propter Christum
 pro nobis in singulari quoque mortuum salvos fore statuimus .
 Scilicet & notitia atque assensu mentis voluntas operatione Spi-
 ritus S. concipit gemitum seu desiderium quo expedit liberari
 onere peccatorum atque iræ divinae , sibique donari beneficia per
 Christum parta & promissione evangelica oblata . Et quando
 homo ita se se a confiteatu peccati & sensu iræ divinae avertit , re-
 spiciens agnum Dei , qui tollit peccata mundi , & à damnationis
 sententiæ per Legem denunciata , confugit ad thronum gratiae &
 propitiatorium à Patre cœlesti in sanguine filii Dei propositum ,

necessæ est accedere fiduciam, quæ firma persuasione ex verbo Dei statuat, Deum sibi donare, communicare & applicare beneficia promissionis gratiæ, & de hoc modo verè apprehendere & accipere ad iustitiam salutem & vitam aeternam ea, quæ gratuita evangeli promissio offert. Postremò sequitur ex hac fide *reipropria* quæ habet accessum ad Deum *Eph. 3.12.* pax conscientia *Rom. 5.1.* gaudium Spiritus *Rom. 14.17.* Explicante ita gradus fidei salvificæ *Chenmitio LL. de Justif. p. 252.* Atque hinc puto satis apparere, nos non intelligere receptionem sive apprehensionem quandam nudæ speculativam, quomodo Intellectus humanus apprehendere rerum imagines dicitur, quasi apprehensio fidei esset nuda aliqua imaginatio, quæ Intellectu absolvitur, in eoque solo subsistit: sed *practicam* & *fiducialem*, quæ voluntas in bonum propositum tanquam sibi conveniens suopte impetu fertur, illudque sibi applicat, quæque totius voluntatis in merito Christi recumbentiam involvit. Dari autem *practicam* apprehensionem, secus atque censet *Bellarminus*, ex *I. Timoth. 6.19.* satis constat.

Probatur
Part prima
(1.)

(2.)

(3.)

XVI. Ceterum assertio nostra expreßè habetur in Textu. Namque (1.) evidens est, recipere Christum idem esse, atque credere in *nomen* ejus salvificum, & non recipere idem atque non credere in Christum. Unde colligo: *Quoc. actu credimus in nomen filii Dei salvificum, & quo actu negato non credimus, ille est actus fidei justificantis formalis.* Atque recipiendo Christum. E. (2.) Objectum fidei circa quod in justificatione versatur nomen Christi est universum ejus meritum, & in eo apprehensa Dei gratia, hinc concludo: *Quoc. actu fides versatur circa proprium suum objectum, ille est actus fidei formalis.* A. actu receptionis. E. (3.) Posito receptionis actu recipiens summam illam dignitatem consequitur, ut filius Dei dici & esse mereatur, argumentor inde: *Quoc. actu fidei reddimur participes uerberias divina, ille est actus fidei justificantis formalis.* A. actu receptionis.

ptionis. E. Eam autem receptionem non esse nude speculativam pars altera
sed practicam & fiducialem, ostendit. (1.) emphasis verborum,
quam supra §. 5. evolvimus ; conf. Joh. 17. 6. Rom. 5. 17. Gal. 3.
vers. 14 cap. 4. 5. Quac. λαβει recipit Christum à Patre tradi-
tum ab eo qui est, nempe Mediatore & Redemptore, cum approbatio-
ne & affectu eundem complectendo ; quasi qui alterum ultnis suis
complectitur : illa non est speculativa tantum Intellectus, sed
practica voluntatis & reveria fiducialis atque appropriativa. A.
receptione Christi qua sit per fidem. E. (2.) oppositorum ratio-
nem sit declarata: Si tenebra lucem non receperunt, quia Christum
inexcusabili malitia voluntatis repulerunt, sequitur credentes
lucem receperisse fiduciam voluntatis Christum apprehendendo &
complectendo. A. prius est. E. (3.) Objecti recipiendi natura.
Cum omnis promissio peculiarem applicationem ad subjectum
involvat, atque ubicunque DEUS aliquid promittit, subjecti cui
facta est promissio simul mentionem fieri deprehendamus. conf.
Rom. 4,13,16. Gen. 12,3. 1. Cor. 1, 4. Eph. 1, 13. Ubicunque recipitur
bonum promissione divina oblatum, ibi receptio non sit nisi peculia-
ri boni promissi applicatione : Ubi objectum recipiendum est no-
men Christi salvificum, ibi receptio est appropriativa, quā recipi-
ens Christum suo merito in suum sibi facit & habet. A. quando
nomen Christi credimus. E. (4.) effectus receptionis, nempe
regnas filiorum Dei. Quac. receptio filium Dei facit, quia
Christus, causa illius regni, fide receptus est, illa recipit Chri-
stum, ut causam à qua regnum illa dependet : Et quac. rece-
ptio Christum recipit ut causam, à quā regnum ista dependet,
illa non est nude speculativa, sed practica & fiducialis. A. receptio
qua sit credendo in nomine Christi. E.

XVII. Inter hostes veritatis hujus ecclesiatis primo rursus loco Antithesis
nominandi Pontificis. Quid enim de fiduciali apprehensione
meriti Christi sentient, clare satis exposuerunt Conc. Trid. Ses. 6.
Can. 12. Si quis dixerit fidem justificantem nihil aliud esse, quam
fiducia

(1.)
Pontificio-
rum.

Explicatur, fiduciam divinae misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, quā justificamur, anathema sit. Unde receptio Christi nihil aliud illis est, quam dispositio subjecti ad formam justitiam scilicet inharentem, recipiendam, quā preparatur homo, ut possit demum fieri filius Dei. vid. Bellarm. lib. 1. de Justif. c. 13. Fides vero illis per se informis formanda demum per charitatem dicitur, ceterosque infusos habitus. Haec enim distinctio revera hodie in scholis ipsorum regnat, & regnavit in Concilio Tridentino, etiam si in illo fidem expresse in informem & formatam dividere noluerint. Docent scilicet fidem ex auditu conceptam, quae divinitus revelata & promissa vera credit, initium esse ac primam quasi radicem justificationis, timori, spei, caritati ceterisque dispositionibus fores quodammodo aperi- entem, atque justificationem ex condigno promerentem, quae remisso, h. e. secundum illos expulso peccato, justitia inharentis, fidei (dupliciter enim illam in hoc negotio considerant, ut primum, elicitumque & preparatorium actum, & ut parte in- fusa justitiae habitualis) spei, caritatis, patientie similesque plures habitus complectentis, infusione contingat, quā homo ex impiis fiat formaliter iustus, per opera justitiae in justificatione. secunda (illam enim primam vocant) iustior reddendus. Atque adeo trifariam hominem justificari volunt, inchoative per dis- positiones, formaliter per infusum justitiae habitum, & denique me- ritorie per exercitium infusi habitus & opera illam consequen- tia, meritoria non derigore justitiae, sed ex pacto & promissio- ne interveniente. Quae prolixius hic explicare non vacat, vid. accuratissima Waltheri de Just. Inhær. Wittcb. An. 1687, propo- sita Dissert.

Refutatur

XVIII. Nolumus hic repetere, quae de fiduciali meriti Christi apprehensione, ut actu fidei justificantis formalis ex textu nostro g. 16. deduximus. Quemadmodum etiam quae ex vocibus ēzorias & yevēdū pro suis dispositionibus elicere voluit Bellar- minus

23

minus 6. 7. & 8. satis confutata sunt. Sicut vero fides recipit nomen Iesu Christi salvificum , ejusque meritum & satisfactio- nem tanquam rem,circa quam proprie versatur , apprehendit ex natura sua ac indole , quam accepit ex verbo Evangelii , ut auxilio spei vel charitatis accedentis opus non habeat : ita etiam distinctio fidei in informem & formatam non tantum absurdia est & contradictoria , animam formamque hominis regen- niti in actu suo formaliter per apprehensionem meriti Christi fiducialem , & effectivo in producendis bonis operibus & charitate ipsa constitutam , & per se informem , & extrinsecus per suum effectum agi & formati afferens : sed etiam impia atque Glorie Jesu Christi Redemptoris nostri adversa , vim iustificandi à charitate nostra , non à Christo derivans , & propriam operum iustitiam erigens , quæ manifestè à justificatione exclusit Apostolus Rom. 3. 28. Gal. 2.16. Viva fides utique formata est , viva fides au- tem fides sit oportet , quæ à tenebris ad lucem Christum se con- vertendo verè Christum recipit , & per nomen Christi rece- ptum consequitur ἥγετον filiorum Dei . Hac porro fides nec dispositio tantum aut preparatio est iustificandi ex congre iusti- ficationis meritoria . Fides enim de quâ loquimur non nuda notitia aut assensu absolvitur , sed in fiduciali maxime appre- hensionis nominis Christi salvifici consitit , quæ Christum re- cipit , Christo inhæret , Christo se involvit , ut in ipso reperia- tur Phil. 3. 9. & in ipso credens fiat & sit filius Dei , atque habeat vitam . Job. 5.12. Peccatorum & iræ adversus illa agnitiō , pa- vor metusque conscientiæ , dolor de admitti , ingenua humiliisque confessio , odium peccatorum & abnegatio propositi pē- candi ordine divinitus constituto iustificationem præcedunt , non autem disponunt meritorie : charitas vero & propositum no- vae vitae non disponunt iustificandum antecedenter , sed iustifica- tum à posteriori probant . Et sicuti fides iustificans habitus in- susus non est , sensu pontificio : ita enim fides in negotio iustifi- cationis

carionis non spectatur, vel ut habitus credendi, qui simpliciter non est necessarius, & crebris recte-credendi aetibus demum acquiritur *Ebr. 5. 14.* neque ut opus nostrum sive sub dignitate propria, sive sub exaltatione divina ultra propriam virtutem spectetur, sed unicè ut instrumentum, nomen Christi salvificum amplectens, nobisq; applicans. Recipere gratiam ab altero donatam, non est mereri aut proprio actu eam impetrare, sed actus merè instrumentalis: & fides justificat recipiendo Christum, quemadmodum pauperem ditat manus quæ munus oblatum acceptat, non vi acceptationis, sed propter munus apprehensum. De justitia inhærente & distinctione justificationis in primam & secundam, nec non justitiae divinæ in rigidam & moderatam pluribus dicere non vacat, neque etiam huc loci necesse est, sufficiat nobis, quod qui recipiendo Christum ejusque meritum adoptionem consequitur, justificetur justitia aliena, non sua aut inhærente. *Phil. 3. vers. 9.* Quod qui in numerum filiorum Dei relatus est, plenè quoque Patri cœlesti sit reconciliatus & perfectè justificatus. Quodque Deus ob receptum veræ cordis fiducia Christum nos adoptans agat quidem nobiscum cum temperamento quodam misericordia & justitiae, ita tamen ut justitia divina satisfactionem exactissimam à Sponsore Christo requisiuerit.

Responde-
tur ad
Object.

1.

2.

XIX. Circa argumenta quæ nobis opponunt, paucissimi observamus (1.) Eos confundere remissionem oblatam cum obtenta, fiduciam meritum Christi apprehendentem cum actu fidei super seipsum reflexo, aut cum comitatem ac insequente πάρησια & fortitudine animi; quando fiduciam consequens justificationis esse dicunt, aut eandem à fide in ipsa Scriptura Sacra distinguunt ut effectum à causa v. g. *Eph. 3. 12. Matth. 9. 22. 1. Tim. 3. 13.* (2.) Fingere sibi metiopsis paradoxon fiduciarum, quæ præter vanam & ab omni pietate remotam opinionem nihil sit, atque impediat orationem, sacramenta & bona opera, ut scil.

ut scil. habeant, quod impugnare queant, nemine interim ex nostris fiduciam ejusmodi propugnante, nisi qui carnis suæ vi-
tio seductus sibi falso persuaderet se, etiamsi propositum in scele-
ribus perseverandi retineat, Deum habere propitium. (3.)

(3.)

Gratis eos supponere omnem fiduciam esse spem roboratam,
fiduciam de praesenti implicare, nullum credere esse confidere,
denique absurdum esse unam fidem esse in potentiss realiter
distinctis, Intellectu & Voluntate. Namque (a) spes non ten-
dit nisi bonum in futurum : fiducia vero pro Objecto habet bo-
num praesens ad se pertinens, quod involvit respectum ad ar-
chaum aliquod bonum per illum obtainendum. (3.) Dives confi-
dit non in alienis, sed in propriis divitiis : Monachus in bonis
suis operibus. (y) Credere ut est actus Intellectus, non est con-
fidere, credere tamen in aliquem non est actus intellectus, sed
voluntatis. (d) Fides ratione objecti unica, ex multis tamen
actibus constat, quorum respectu in diversis potentiss eam esse
non implicat. (4.) Per calumniam nobis imputare, quasi
omne m justitiam inherenter, sanctificationem & renovatio-
nem imputatione gratuita justitia Christi tolleremus. Distin-
ctissima enim sunt, habere iustitiam inherenter & per eam ju-
stificari : cum remissione peccatorum dari Spiritum S. qui re-
novationem inchoet, & inchoatam illam novitatem esse illud
propter quod accipiamus remissionem peccatorum, adoptemur
& acceptemur ad vitam æternam : fidem non esse solitariam,
saecharitate, & non solam sed una cum charitate justificare : de-
nique sola fide sibi blandiri velle, etiam si quis sciens volensque
peccet & sub ordine divinitus constituto avide accipere remis-
sionem peccatorum, etiamsi legi non satisfecerimus, peccatum
in carne nostra hæreat, & à perfectione lege requisita procul ab-
simus. Atque hinc (5.) nihil soli pro fide charitate formata pro-
ferri ex *Jac. 2. 26.* cuius loci hic est sensus : Quemadmodum cor-
pus absque motibus actionibusque vitalibus & animalibus, præ-
miserat

seritum absque respiratione consequenter ac significative mortuum est: ita etiam fides absque operibus charitatis. Denique (6.) Sicut risus est esaviticus *Becani*, manum fidei scabiosam pauperis manum vocantis *I. Man. c. 16. q. 4.* ita fastum plane pharisaicum esse, quem prodit *Bellarminus* dicens: *Absit ut justi accipiant vitam eternam ut pauperes Eleemosynam, magis honorificum est vitam eternam habere ex merito.* Nostra fides tota mendica est & supplex, nil de suo conferens, sed omnia gratis accipiens ut gloria sit solius D E I.

*Antith. 2.
Socian. &
Arminia-
torum.*

XX. Cum *Pontificis amicè* conspirant in hoc articulo *Soci-
niani* pariter & *Armin.* Illi quidem fidem in meritum Christi
putum putum figmentum & insanum somnum vocant,
fidem vero justificantem esse obedientiam praestandam sub spe
vitæ eterna & præceptis mosaicis à Christo non abrogatis, &
novis ab illo adjectis, vid. *Catech. Rakov. c. 9.* Hi verò non tan-
tum tradunt fundamentaliter à recte sentientibus non dissidere
Socinum, cum obedientiam fidei formam docet, cum aliis fru-
ctum & effectum appellant, litemque penè totam esse de respe-
ctibus metaphysicis; Verum etiam defendunt actum fidei non
posse esse fiduciale remissionis peccatorum adprehensionem,
quā credo mihi remissa esse peccata propter satisfactionem &
meritum Christi; aliumque insuper actum, quem activam fo-
lent vocare obedientiam substituunt, qui bonorum operum ex-
ercitio & activa mandatorum divinorum observantia sub spe
consequendi quæ à Deo nobis sunt promissa consistat. Videnti
quidem volunt distinguere obedientiam à fide ut effectum à sua
causa, & calumniam interpretantur, si quis contrariam illis tri-
but sententiam, vid. *Calov. Confid. Arminian. cap. 6. q. 4. §. 2.*
p. 215. Nihilo tamen secius obedientiam ad constitutionem fidei
pertinere docent, atque fidem in justificatione non ut or-
ganum se habere, sed ut conditionem & opus propugnant. Ita
Limborchium Theol. Christi. l. 8. c. 10. p. 412. immediatum fidei
effectum

effectum obedientiam vocat, & tamen l. 6. c. 4. §. 22. fidem conditionem ad justificationem requisitam facit, §. 25. Meritum Christi fidei objectum esse, aut justitiam Christi nobis imputari per negat, §. 50. fidem dicit esse actum obedientiae nostrae quem Deus nobis prescribit, & quem liberrime praestamus Deo, quæque obedientiam omnium præceptorum ex se producit, §. 37. fidem operibus legis in negotio justificationis oppositam non esse fidem nudam contradistincte ab operibus, quæ fides producit, sed una cum fide omnem illam obedientiam, quam Deus in novo foedere prescribit, quæque per fidem in Jesum Christum praestatur, §. 50. fidem nobis imputari dicit in justitiam, quia obedientiam nostram quam ex fide praestamus quæque imperfecta est, Deus gratiosè propter Christum estimare vult ac si perfecta esset, §. 46. questionem, an fides quæ viva, an quatenus viva est nos justificet; iudicat esse inutilem, modo in confessio sit, fidem non esse vivam, nisi per bona opera, neminemque justificationem consecuturum, nisi viva fide praeditum, denique §. 47. objectum justificationis esse omnes vere credentes & ex fide Deo obedientes Gemina habet *Wilhelmus Cabeus in Antiq. Apost. c. 9. de vir. Pauli,* cuius §. 81 p. 462. edit. germ. verba sunt clarissima: *Auf welchen Sprüchen also ein jed. r. er sehe noch so ungeliehrt und einsältig als er wolle/gar leicht und zwar unwiderprechlich schliessen kan / dah der Glaube wodurch wir gerecht werden/ eine neue Art und Beschaffenheit beyde des Herrn und Lebens / und eine Beobachtung der Gebote Christi in Sich begreissen müsse.* Et §. 11. p. 477. *Opera obedientiae evangelicae, per quæ intelligit officia hominis Christiani, virtute Spiritus S. praefixa, fidei in articulo justificationis non opponi certissimum esse ait ideo, aldiweil der Glaube auf die w. ist und in so ferne die neue Natur und haltung der Göttlichen Gott in sich fasset zur gewöhnlichen Bedingung der Rechtfertigung gemacht wird.* Quæ omnia rur-

sus ad mentem Socinianorum dicta sunt, ita enim Schlichtingius contra Meissn. p. 325. *Fides in stricta & propria significatione* habet sē ad obedientiam ut causa ad effectum, ut arbor ad fructum, ut mater ad filiam: sed in latiori significatione, cum illi iustificatio plena & perfecta tribuitur, habet sē ut totum ad suam partem, sc̄ ut causam cum effectu, arborē cum fructu, matrem cum filia complectatur. Ad coquē recte obedientia definitionem fidei, sc̄ accepte ingreditur.

Respon-
deur ad
Excep. E-
piscopii

XXI. Ut vero ordine progre diamur diluenda primo erunt, quæ contra fiducialem meriti Christi apprehensionem obseruent, hic autem redeunt omnia Episcopii argumenta, ut probet, illam esse absurdam, impossibilem, non necessariam. Absurdam quidem, cum fidei consequens sit; impossibilem, quia fieri nequeat ut actus purè putè mentalis, internus & judicialis alterius extraneos applicetur à nobis; non necessariam denique, cum necessaria non sit neque, ut causa efficiens cur existat ista misericordia, neque ut conditio sine qua non, neque per modum coexistenter. Ad primum sufficiunt, quæ §. 19. Pontificis responsa sunt. Nemo sane nostrum ita absurdus est ut docuerit, ad remissionem peccatorum obtinendam necessarii esse credere remissa sibi esse peccata. Secundum quid in recessu habeat patet si consideremus, applicare sibi auctum Dei imminentem nihil esse aliud, quam haustā ex verbo Dei de ejus in Christo misericordia notitia & assensu, illum cum quādam agitatione ad se trahere, atque in illa pia quādam voluntatis acquiescentia recumbere: quæ applicatio non physica sed moralis, quæ toties contingit inter homines, quoties reo sententia absolvitoria annunciatur, cuius illustre exemplum nobis præbet Paulus dilectionē Dei Christique passionem sibi meti ipsi applicans cum Gal. 2.20. dicit: *Deus dilexit me & tradidit semipersum pro me.* Quid quæso hic absurdum? Quid quod ratio, quæ tamen in mysteriis fidei cæca est, evincat fieri non posse? Tertium est argumentum à particulari, & laborat insufficien-

sufficienti enumeratione partium, præter recensitas enim necessitatis species datur quarta, medii scil. aut instrumenti, quomodo actus apprehensionis pecuniae mendico homini ad eam accipiendo necessarius est. Dei enim manus exhibet atque per verbum & sacramenta offert sua beneficia hominibus, quæ tamen ut actu applicet & conferat, requiritur ex parte hominis manus accipiens, nempe fides, cuius est λαμβάνειν, παλαταμβάνειν, παραλαμβάνειν, conf. Röm. 9, 30, 1. Cor. 15, 1. imo ἀπολαμβάνειν Gal. 4, 10 ad se derivare ex communi thesauro quantum sufficit, & quasi ad se rapere, juxta Matth. 11, 12. Acceptio actus sequitur beneficium, prior autem est saltem natura perceptione & fructu promissionis.

XXII. Patet hinc nihil solidi contra fiducialem apprehensionem Sententia
Arminia-
no Soci-
niana
explicatur proferre potuisse Remonstrantes, nunc ipsorum de obedientia dei forma sententiam sub examen vocabimus, obedientia defiente Arminio, *actio voluntatis, si praesita ab inferiori ex submissa humilitate ad prescriptum sive postulatum superioris Dei, constans partim interno, partim externo actu ad promissum certò consequendū.* Requisita ejus duo sunt, cor primò αὐτόκιον, & deinde actus obedientiae aut nunquam aut rarissime inerrupti. Ut ita fides ipsi sit actio voluntatis quā quis secundum praeceptum & mandatum Dei corde puro, integro ac sincero sine ulla interruptione aut forte varissima ambulat, quā ambulatione posita homo promissa Dei certo certius consequitur. Ceterum de necessitate vel poenitentiae vel observantiae mandatorum Dei lis hic nulla est, illam enim ut conditionē privativam homini ad vitam æternā tendentijuxta Luc. 3, 3. summe necessariam esse, & hanc conditionem esse positivā subjecti salvandi, quanquam non ad salutem, & viam quā eundum est in regno, juxta Eph. 2, 10. omnino concedimus & docemus. Sed hoc in questionem venit: *An fides justificans quā talis sit obedientia ex prescripto legis praesita ac proinde ut actio nostra concurrat ad justificationem?* Cujus negativam adversus affirmantes

Nostra
Sententia
prob.

22(03)

mantes Arminianos ex Textu nostro evidenter probatam dabis-
mus. (1.) Recipere est actus fidei formalis : omnis autem re-
ceptio passio est , non semper destructiva , sed etiam saepe per-
fectiva ut h[ic] loci , quomodo scil. recipit pauper eleemosynam ,
patiens sibi beneficii. A. 3. 3. Q[uod] se habet ut manus mendici ele-
emosynam accipiens , illud est instrumentum passivum . A. Fides
in justificatione E. (2.) Fides recipit Christum lucem mundi v. 9-
et que adeo oculus spiritualis intuendo Christum recipiens. Job. 3.
14. Squ. Sentire vero est pati , videmus species objecti recipiendo.
Q[uod] in justificatione se habet ut oculus recipiens radios lucis , illud
se habet ut instrumentum passivum . A. fides E. (3.) Adoptio re-
ceptionis effectus in solidum dependet a nomine Jesu Christi re-
cepero : credens ideo εξοιay filiorum Dei impetrat , quia in
nomen Jesu Christi credit , cuius meritum unica justificationis &
adoptionis causa est . Q[uod] in solidum dependet a nomine Christi re-
cepero , illud non dependet a fide tranquam conditione a nobis pre-
stanta. A. justificatio. E. Et Quic : ideo quia Christum recipit
adoptionem impetrat , illud est organum vim illam non ex se & sua
natura habens , sed ex objecto quod recipiendo apprehendit . A. fides
E. (4.) Obedientia est conditio legalis , adoptio autem propter
nomen filii promissi Dei evangelica , non enim ex lege est pro-
missio hereditatis Gal. 3. 18. neque per Legem promissio contigit
Abraham Rom. 4. 13. Quic obtinet promissionem evangelicam
illud non est conditio legalis . A. sive obedientia legi presbita . A.
fides in Christum . E. (5.) Objectum fidei est nomen Jesu Chri-
sti salvificum . Cujus proprium ac speciale objectum est promissio
gratiae , illius actus formalis non est obedientia legi presbita . A.
fidei . E. (6.) Apprehensio fidei ita comparata est , ut credens
non tam apprehendat Christum , quam ab illo potius appre-
hendatur Phil. 3. 12. non tam cognoscat quam cognitus sit , Gal. 4.
9. Jam si non nostrum apprehendere in se , sed potius apprehendi
a Deo

salutem confert; sequitur fidem non justificare ut est actio vel operus nostrum, sed passim recipiendo suum objectum. A prius est E:
Denique (7.) quando ad obedientiam illam requirunt, ut numquam aut rarissime interrumperatur, vel intelligent interruptio-
nem quæ sit actibus internis, pravae concupiscentiae motibus,
desideriis carnis contra spiritum pugnantibus, vel eam quæ sit
peccatis gravicribus & proæreticis. Si prius fingunt sibi per-
fectionem, quæ in hanc vitam non cadit: Si posterius contra-
dicentem habent Apostolum, qui nullius rei sibi conscientia, cum
omni conscientia bona conversatus fuerit coram Deo. Act. 23. 1.
per hoc tamen se justificatum esse negat. 1. Cor. 4. 4. Per quodc.
homo non justificatur illud non est forma fidei justificantis. A per
obedientiam ex conscientia bona. 3.

XXIII. Restat ut videamus, quid in recessu habeant ratiōnes, quibus suam sententiam propugnant. Ubi notamus.
 (1.) Non est litem tantum logicam aut grammaticam, de re levissima, de unico vocabulo quatenus, cum de medio salutis ex parte nostri disquiritur, cum in quæstionem venit: *Quid illud sit propter quod mihi Deus velit esse propius?* An per & propter nostram virtutem & obedientiam, an unice propter Christum remissionem peccatorum consequamur? Certe si *Pau-*
lus ita judicasset in Synodo Hierosolymitana tanto zelo hanc causam contra judaizantes operum patronos non egisset *Act. 15.*, neq; publicè reprehendisset *Petrum* per *hypocrisin* in præjudiciū hujus articuli aliquid admittentem *Gal. 2. 11.* aut salva veritate *evangelica* senihil quicquā concedere potuisse scripsisset *Gal. 2. 5. c.*
 17. (2.) Ipsos revera nugari cum nugas vocant, quæ de fide ut in-
 strumento & manu gratiam recipiente docemus, confundunt e-
 rim instrumentum activum cum passivo, physicum cum moralī.
 Fides instrumentum morale passivum est, quo non proprio agi-
 mus, sed objectum divinitus destinatum & oblatum recipimus.

(3.) Fi-

Respon-
detur ad
object.

1.

2.

(3.) Fidei non mortuæ sed viuæ factam esse promissionem remissionis peccatorum concedimus , negamus autem hinc sequi , fidem quatenus est frēcunda bonorum operum justificare , aut bona opera ad justificationem consequendam esse necessaria . Ut enim prætermittamus , quæ hic de causa sine quā non efficientiam aliquam in conceptu suo involvente perperam philosophatur Episcopius , confundunt rursus gravissimo errore ipsam fidei vitam cum vitali ejus operatione , fidei vitam spectatam in sanctificatione , vitam iustitiae imputatæ & vitam sanctimoniaz inchoatae . Vita spiritualis fidei est à Spiritu S. efficienter , 1. Cor. 12. 3. à iustitia Christi imputative & applicative Gal. 2. 20. Vitam autem suam ostendit per charitatem Gal. 5. 6. Viva est fides receptione meriti Christi : vivam vero se esse declarat per bona opera . Iac. 2. 26. (4.) Cum ejusmodi in Deo fingunt sequitatem quæ obedientiam imperfectam pro perfecta accipiat , impostoribus similes sunt , qui cum satisfaciendo non sint , pondus , ulnam , modium minuant , ut debiti quantitatem non solum exquasse sed etiam superasse videantur , verba sunt Walltheri Disp. cit. §. 28. Deus seipsum negare non potest 2. Tim. 2. 13. ejusque adeo immutabilis iustitia non potest non obedientiam omnibus numeris perfectam requirere , quam cum post lapsum præstare nequeamus Rom. 8. 3. iustitiam misericordia temperando obedientiam filii sui vicariam accipit , ac si à nobis præstita esset Rom. 5. 19. Quare etiam si imputationis secundum gratiam mentio fiat Rom. 4. 4. illa tamen non in hoc consistit , quasi Deus obedientiam imperfectam pro perfecta accipiat , sed quod alienam Christi iustitiam nobis ex gratia imputet . 2. Cor. 5. 21. Phil. 3. 9. Quæ vero (5.) circa exemplum Abrahami hic tradit Caveus l. c. §. 8. p. 464. à mente Apostoli ipsaque veritate plane abhorrent . Falsum est Paulum Ebr. 11. 8. testari fidem Abrahami ipsam ejus obedientiam suissecum manifestè fidem & ὑπακοὴν distinguat ,

singuat, ut Matrem & filiam. Falsum est propter obedientiam licet imperfectam Abrahamum à Deo pro justo fuisse reputatum, nam illa ipsa obedientia pertinet ad opera, per quæ justificationem & gloriam obtinuit quidem apud homines sed non apud Deum v. 5. ipseque Abraham hic spectatur non ut *εγραζουετος* sed ut *εγραζουενος* v. 5. adeoq; nec fides ejus ut *εγων*. Falsum est fidem Abrahami opponi tantum obedientiae omnibus numeris perfectæ, opponitur enim operibus indefinitè neq; obedientia perfecta quā non habuit, nequē imperfecta, quā gloriam apud homines obtinuit, coram Deo justificatus est: quia non operanti sed credenti in illum, qui justificat impium, fides imputata est in justitiam v. 5. Falsum est actum fidei Abrahamiticæ licet imperfectum habitum à Deo fuisse pro perfecta justitia, id enim quod imputatur non est ipsa fides, sed res promissionis quæ fide apprehenditur, & fides hic passim est objectum fidei justitiae Christi. conf. S. Schmid. Coll. Bibl. 1. p. 366. & Comm. in b. l. (6.) per opera legis, quæ à justificatione excludit Apostolus: non intelliguntur tantum opera omnino perfecta, de his enim non erat controversia, nec opera ante conversionem viribus naturalibus praestita, cum excludantur opera Abrahami Rom. 4. 5. Davidis v. 6. Pauli credentis Gal. 2. 16. 1. Cor. 4. 4. Nec denique opera tantum legis ceremoniæ, sed illius etiam legis, ex quā est agnitus peccati Rom. 3. 20. quæ iram operatur Rom. 4. 5. ex qua est maledictio Gal. 3. 10. h.e. Moralis. Opus legis est, quod ad legem ut normam spectat, quibus cuncte deinde viribus praefetur, quarum variatio normam variare nequit, unde etiam renatorum opera ad legem de amone revocantur. Gal. 5. 14. (7.) Obedientiam evangelicam ut conditio nem activam justificationis omnem Deo honorem tribuere gratis affirmat *Caveus*, contradicente evidenter Apostolo Rom. 3. 27. quem tamen pro se citat. Est illa quidem opus Dei in nobis, est tamen insimul opus nostrum, si vero quicquam nostrorum operum in foro divino offertur, gloriatio non omnis cessat. Tunc vero gloria sua Deo verè asseritur, si homo omni gloriacione exiuit, tanquam

tanquam indignus qui in judicium coram Deo prodeat, ut justificationem obtineat per illum, quem Deus fecit pro nobis peccatum, omnium nostrorum peccatorum reatu ipsi imputato, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, ut reatus noster tegatur ejus obedientia, dum justitia ejus nobis imputatur 2. Cor. 5. 21. (8.) Quia ratione consentiant invicem *Paulus & Jacobus* dudum ostenderunt piii Majores nostri in *Apol. A.C.p. 108. 109.* ut non opus si per fidem apud Paulum intelligere obedientiam evangelicam operibus Legis Mosaica ex naturae viribus profectis oppositam. Sane Jacobus de 13. iustificatis & verè, & apparent et talibus loquitur, non modum explicare vult, quo coram Deo iustificari oporteat peccatorem, verum ostendit signa & indicia tam falsa, praeterea fidei iustificantis, scil. ore tantum profiteri fidem v. 14. algentem & famelicum verbis solum mulcere v. 15. quam vera fidei salvifica, quæ sunt ex lege oppositorum, sincera proximi dilectione & bona opera v. 18. Atque hoc exaggerat ulterius exemplo Abrahami fidem suam operibus demonstrantis, v. 21, 22, 23. Jam sicut ille diu antequam offerret *Isaacum* iustificatus erat coram judicio Dei absolvitorio, ipsa autem oblatio isaac illustrissimum fidei ejus signum fuit: ita iustificatus dicitur postquam obtulisset, h. e. ab ipso Deo accepisse iustificationis sua testimonium, iustumque esse agnatum ac declaratum, imo coram ipso Deo iustum habitum in judicio ejusdem approbatorio & laudatorio. Atque ita fides cooperata est operibus Abrahami, vim suam vividam per illa exertendo, & fides illius ex operibus perfecta est, cum insigni suo effectu clarius innotesceret. Quomodo etiam impleta est scriptura, quæ diu ante testificalta erat, credidisse Abraham Deo & hoc ipsi imputatum esse ad iustitiam, cum ex hoc insigni facinore illud verissimum esse appareret, & ita amicitia, quæ inter Deum & ipsum jamdiu ante intercedebat, magis innotesceret. Prout post *Hulsemannum* solidissime demonstravit & ad sequentia applicavit *Waltherus Diff. cit. §. 48. seq.* Facilius ad reliqua scriptura loca quæ magno numero *Caveus & Limborchius* proferunt, est responsio, quæ, quia pagina

paginarum angustia excludimur, videri poterit apud *Calovium* l.
c. p. 216, sequ. & *Frankium Exerit. Anti-Limb.* V. l. c. c. 2. conf. B.
Osiand. Coll. Syst. P. 5. L. 13. th. 23. sequ.

XXIV. Restat ut quid de forma fidei justificantis Fanatici Antich. 4:
sentiant breviter explicemus. Ili quanquam in plures dividan- Fanatico-
tur sectas, & tot ferè sententiae inter ipsos sint, quot capita, in hoc rūm
tamen quasi centro omnes convenient, fidem non esse fiduciam,
sed vitam, obedientiam, imitationem Christi, in dī ipsūmmet Chri-
stum. vid. *Colberg. Platonisch. Christenth.* p. 2. c. 9. & *de Wei-*
gelio in specie Thommias Imp. Weigel. Error. 33. sq. sq. R. *Barclaus*
Scoto-Britanus, qui edita *Apologia Theologiae Quakerorum* quam
verè Christianam vocat, gloriatur, a tempore apostolas de
justificatione doctrinam ita distincte ac luculentē secundum ma-
nifestum Scripturarum testimonium non fuisse exhibitam, sicut
Deo placuerit eā revelare & predicare hoc die, per testes illos, quos
in hunc finem suscitaverit, Th. VII. *Apol. justificationē ita expli-* Explicare
cat: Quotquot non obstant hujus lucis illuminationi, sed religiosè
eam recipiunt, sit in illis sanctus, purus & spiritualis partus pie-
tatem justitiam, puritatem ceterosq; praclaros fructus illos Deo gra-
tissimos producens, per quem sanitum portum videlicet *Iesum Christi*
stū intrus formatū, opera sua in nobis producentem, ut justificamur,
ita sanctificamur in conspectu Dei, secundum Apostoli verba: sed
ab aliis estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu & per Spi-
ritum Dei nostri. Toton deinde in theseos hujus applicatione in
eo est occupatus, ut ostender (1.) Justitiam Christi imputatam
nullam esse, imaginariam hominesq; securos facere & peccandi
præbere libertatem (2.) hominem justum fieri interno Christi
partu, h. e. justitia inhærente, atq; adeo justificationem cum reno-
vatione idem esse. (3.) Bona opera ad justificationem esse necel-
faria ut causa sine qua non, ut licet non sint illud propter quod trahit
id in quo & sine quo non justificamur. Ex quibus appetet doctrinam
Quakerorum de justificatione cum Papismo in unam tandem,
ut ipse de aliorum circa hunc articulum controversis loquitur, ap-
pellere

pellerer ripam, quasi duo in circulo circumcurrentes, qui licet contrarie
progredi videantur tamen in unum idemque centrum convenientur.

Referatur Circa ea qua specialia habent observ. (1.) Fundamentum & hujus
de justificatione & omnis omnino Quakerisimi esse opinionem de
interna immediata illuminatione, & universalis salvifico lumine
in omnibus hominibus existente, quod non immerito lucem fatu-
am vocat Danhabur. Collur. Quaker Art. p. 22. Utpote quo co-
gnitionis Jesu Christi & fidei in nomen ejus salvificum necessitas
negatur viribusque naturalibus salus & justificatio ascribitur, se-
cūs atque docet Johannes in textu nostro: Si enim omnes homines
naturā tenebra sunt, lux autem in Domino sunt per verbum e-
vangelii fide susceptum Eph. 5.8. tunc lumen salvificum internum
naturā nullum habent. Si tenebrae illuminatæ non sunt, quia
Christum lucem mundi non agnoverant, si Christum agnoscere
& recipere idem sunt: tunc cognitio ejus ad salutem necessaria est,
nec salvari circa cognitionem Jesu Christi, quisquam potest. Si
Christus per fidem in nomen ejus salvificum verbo Evangelii ob-
latum recipiendus est, igitur non est in omnibus ante illam re-
ceptionem. Et si lumen recipiendum est nomen Jesu Christi,
meritum Christi pronobis præstatum, tunc recipitur fide Christus
extra nos, non ante oblationem in nobis existens. (2.) Sicut com-
munionem spiritualem inter Christum & fideles agnoscimus, ita
hominem in justificatione quasi per novum aliquem partum
fieri plane alium largimur. Verum sicut illa communio spiri-
tualis, definita Thummo p. 115. est talis cum Christo conjunctio,
qua per fiduciam apprehensionem ejus juxta promissiones evan-
gelicas in intimationem ejus familiaritatem adducimur, ita ut in no-
bis ipse maneat & nos in ipso, & ista immanenta reciproca Christi
noster effectus vivificam facultatem in nos effundat: ita
mutatio, qua in homine in justificatione contingit est & externa,
status iræ in statum misericordia in foro divino; & interna ex-
mortis spirituali in vitam translatio, qua quoad regenerationem,
sive fidei accensione actu justificationis natura prior est, posterior
autem

*N per j. Alfi.
Uen. fronte.*

autem quoad bonorum operum exercitium, quod ad renovatio-
 nem spectat. Christum autem in nobis incarnari *metosia* quā-
 dam substantiæ nostræ in substantiam corporis ejus, aut Christum
 in hominē generari, quando in se ipsum recedens secundum inter-
 num hominem cum luce & semine, in omnibus existente, sele in
 corde unit & conjungit; Christum in nobis pati, sanguinem fun-
 dere, crucifigi, mori, atque in nobis resurgere cum internum istud
 lumen in homine excitatur *δύραφος αὐτόραφος* est. (3.) de Re-
 demptionis vocabulo non litigabimus, quando vero duplēm fa-
 ciunt redēptionem, quarum prima sit peracta à Christo corpore
 suo extra nos, altera vero sit, quam Christus in nobis operatur,
 quæ non minus propriè & dicatur & astimetur redēptio, quam
 præcedens, non ut errore implicantur. Sicut enim justi-
 ficationem & renovationem, causam & effectum, fidem in nomen
 Christi ejusque fructum penitus invicem confundunt: ita eo
 tendunt hanc omnia ut satisfactionem Christi pro nobis veram &
 vicariam negent, applicationem redēptionis à Christo in arā cru-
 cis factæ quæ sit vera fide, ejusque in justificatione imputationem,
 quæ inter duplēm illam redēptionem erat interponenda, pla-
 ne tollant, atque sic Christum sua passione & morte nos non rede-
 misse, sed tantum procurasse vires, quibus nos nosmet ipsos car-
 nem mortificando, peccatum in nobis subigendo redimere quea-
 mus. (4.) Fides nostra dicitur fides in Christum, Rom. 3. 26. Gal. 2.
 16. nosque per fidem Christum recipere, credere in nomen ejus
 salvificum dicimus, nusquam vero in Script, fides nostra ipse Chri-
 stus vocatur. Inhabitatio Christi consequens est fidei, quia habi-
 tat in nobis per illam Eph. 3. 17. Imitatio Christi fidei fructus, qui
 denun sequitur Christum quando pro nobis passum & mortuum
 fidei recepimus. Fides in justificatione apprehendit Christum ut
 donum Patris, in renovatione vero sibi sūstinet exemplum cuius
 vestigiis insistere nos oportet. Quæ omnia ut separanda non sunt,
 ita neque confundi debeant. Plura addere paginarum angu-
 stia prohibet, vid. præter citatos. Cīrh. Diff. Acad. p. 2.
 Diff.

Antrich. 4. Disp. Anti-Weigel. Reiferus & Holtzhausen in Anti-Barclai.
cap. 7.

Babel.

XXV. Poteramus hic subsistere, nisi negotium denuo facerent inauspicaræ lites in medio nostro cœtu superioribus annis excitatae. Circa quas id maxime dolendum, reperitos fuisse non nullos, qui Ecclesiæ nostræ infami Babylonis nomine traducentes, tum demum viros se & Christianos præstitisse existimant, si omne calumiandi virus in ministerium ecclesiasticum, beatos Majores ac Confessores, ipsam denique doctrinam nostram evangelicam effunderent, quod an sit opus Christi in ipsis habitantis, ipsi viderint. Id interim certum exploratumque habeo Spiritum Satyricum, innumera verba inutilia, de quibus olim justo judici reddenda ratio erit, temerè effutientem, Spiritum Christi non esse, & frusta de singulariæ divinæ veritatis sibi facta revelatione illos gloriari, qui præter Papistica, Sociniana, Arminiana & Fanatica commenta, dudum ex verbo Dei refutata, proferre nihil potuerunt. Non postremum inter hos locum obtinet Christianus quidam Democritus, qui inter axiomata Veteris hominis perperam theologizantis & hoc refert. *Nos tantum per Christi meritum imputatum & fiducia apprehensum justificari & salvari, & fidem salvaticam ad aqua te concipi ac definiri per fiduciam Christi merito nitentem, illudq. sibi applicantem;* atque in Confess. fidei sue german. art. 9. p. 26. inter aliam entem suam de fide ita exponit: *Vnd also ist glauben an Christum / Christum aussnehmen / Christo folgen und ihm gehorchen seyn / dem Evangelio gehorchen / die Welt verlaugnen / sein eigen Leben lassen / Christo und sich nicht selbst leben ein Ding.* Quod igitur de fide per charitatem formata, de justificatione per justitiam inherenterem, de imputatione meriti Christi putatitia cum Pontificiis, de obedientia forma aut parte essentiali fidei cum Socinianis & Arminianis, de duplice redemptione & justificatione per abnegationem sui, mortificationem peccati & imitationem Christi cum Fanaticis consiperet, dubio & propriis ejus verbis demonstrarri

strari plurib[us] posset, si otium esset. Nos, cum ad finem properandum sit, observamus in isto homine (1.) idem quod ceteris veritatis hostibus maledicendi studium, cum nobis tribuit nos Christum ut causam salutis efficientem respovere, eundem Prophetam & Regem non agnoscere, atque quam tradidimus fidem ab omni abnegatione sui, mortificatione veteris h[ab]emus, pietatis ac sanctificationis studio plane esse alienam, carnalem plane ac mundanam vid. conf. Fid. p. 28. Quae causum cum ceteris ab hostibus veritatis objecta, ceteris à nostris sole clarius confutata fuerit, non sine enorimi vel incititia vel malitia repeti potuit. Abusus futurari doctrinas non est ipsa doctrina, neque fides quam libi vetus homo singit, & quā seipsum decipit illa fiducialis Christi apprehensio est, quam supra explicavimus (2.). Eadem confusionem, Justificationis & Renovationis: Veridissimum est satisfactionem Christi non ita terminari in redēctione nostra, ut nihil in nobis effectum velit, sed potius juxta ordinem divinitus institutum simul intendere imaginis divine instarationem; id vero falsissimum hanc nostram sanctimoniam illud esse in quo justificatio formaliter consistat, aut per quod remissionem peccatorum, & adoptionem consequatur. Verum est discipulum Christi non esse, nisi qui semper abnegaverit, etandemque initium sumere in penitentia, ubi legalis primum concipiatur ex tetro legis aitque ire; falsum autem est illana ad saufacientium aur commercendum quicquam facere, aut ipsam justificationem ut conditōm ingredi. Verum est Christum esse nostrum non tantum sacerdotem, sed etiam Prophetam & Regem, falsum autem actum officii prophetice, quo predicavit evangeliū, ediditque miracula, aut actum officii Regi, qualis est vincere vel subjugare in nobis peccatum, esse meritorum justificatione coram Deo valens & laetans, quam apprehendendo fide nostra efficiamur iustitia in ipso. Cor. 5. 23. Veridissimum denique est duos esse redēctionis fractus, justificationem & sanctificationem, quos ut male separant, qui justificationem putant competere posse homini, etiam si in peccatis suis maneat; ita rāle confundunt, qui justificationem hominis coram Deo vel immitationi Christi vel infiniti novarum virium tribuant. Redēcto vero distinguunt, qui justificationem docent fieri per imputationem iustitiae Christi fide apprehensi, sanctificationem autem per communionem efficacie mortis & resurrectionis ejus & imitationem vestigiorum Christi interim sanctificationem non absque justificationem, nequā hanc absq[ue] sanctificatione contingere, utramque autem simul existere, ut graviter hoc explicat Celerberr. Dn. Breithaupt. Diff. de Myſt. Crucis. p. 18.

XXVI. His ita expeditis non necessarium putamus de tentativa Celeberr. Antich. 5.
Autoribus Diff. de jure Princ. & de Heret. plurius agere, cum satis jam excusa sint omnia ab aliis, & quicquid hic dici potest superius vel iam dicta sint, vel ex dictis nullo negotio deduci queant. Dicimus igitur brevissimis. 1. Si qui sunt Observantes autem haud paucos non facile negaverim, quoniam fides mere cerebrina est, tio. 1. atque merum ens intellectus, non tamen esse vel communem Lutheranorum praxim vel publicam eorum doctrinam; propterea pessimam abusum ita culpandum suisse, ut in innocentes experientur. Urgendum utiq[ue] studium pietatis notwithstanding publice & cum zelo sub larva externa professionis latens hypocrisis, vero videandum, ne id fiat cum iactura veritatis; neve dum vitamus vitia in contraria curramus. 2. Viva fides utique inculcanda, cum mortuæ fidei simulachrum, pro vera, nūbem pro Junone, amplecti olearum coi humanauid hypocrisi æque aque quævis opera carnis pronum. Sed tamen ipsa vita fidei & vivæ fidei signa non erant

rant confundenda. Fides utique est res efficacissima, quo sensu *Apolog. A. C.* eam virtutum s. iuxtv Tobur vocat, sed alia est ejus efficacia respectu objecti sui specialis Christi in editoris, alia ex ista fluens in opere renovationis. Neque consequens est si dicamus fidem sine exercicio bonorum operum extenso aliquando esse posse, nos eandem quoque reipca separare ab actibus internis & bono proposito. 3.) Novam obedientiam esse omnibus credentibus quoad vivunt, eam Domino esse acceptam, a fide ut vim urendam ab igne esse ultra largimur, hinc autem sequi illam obedientiam ad essentiam fidei justificantis quam talis pertinere negamus. Qualitates morales non tantum dantur activae, sed etiam passivaes atque inter effectus haec quoque differentia est, ut alii ad essentiam pertinentes, alii eandem consequantur: interim probatum nondum est, fidem justificantem esse qualitatem activam, cum passivaes portius se habere acq[ui] relative supra constiterit: Nec ilia in omni sua latitudine spectetur, sed praeceps in negotio justificationis. 4.) Sicuti in Amore Dei radicati & fundati sunt, quorum in cordibus Christus habet per fidem Eph 3, 17, 18. ita fidem a charitate diversam esse, neq[ue] hanc locum habere nisi ubi receptione Christi per fidem praecesserit, res ipsa docet. Agitur scilicet de concessione hominis peccatoris cum Deo, cum Deo agi non potest nisi fide, charitas autem operari non potest, nisi prius confer Deum mihi amplius non esse iratum, sed propter nomen filii sui peccatorum remissio. Nomen Iesu Christi est, quod offeratur homini peccatori in verbo evangelii, nomen Iesu Christi ab ipso recipiendum & applicandum est, siquidem velit adoptari Deo: at recipi nomen Christi per charitatem non potest, nec enim dicere potest peccator: ego mihi gratiam in Iesu Christo promissam applico, quia Deum diligo igitur remitteret mihi peccata cum neque per neque propter charitatem, sed propter Christum fide apprehensum remissionem peccatorum consequamur, Amor qui deni nostro, omnis apprehensio non denegatur, interim illa multum differat ab ea receptione que fit per fidem, que ex filii mortis facit filios Dei, que non agit sed patitur non opus suum sed meritum Christi Deo offerit, & gratis accipit remissionem peccatorum.

Epilogus.

XXVII. Nihil nunc esset facilius quam reliqua que ad explicandam fidei justificantis causam sufficientem, subjectum, finem, effectum & adjuncta pertinent, ex loco nostro deducere: verum paginarum angustia exclusi hic subsistimus. Quoniam autem fiducia & historia & mortua datur, confitens in vana persuasione sine penitentia & veris fructibus loco omnium porosissimum sit monitum Apostoli: ex 2. Cor. 13, 5. Vosmetipos tentate, si ipsis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipos? quia Iesus Christus in vobis est. Is vero qui fidei nostra author est, & consummator conservet nos in veritate sua, Eius enim verbum veritas est.

SOLI DEO GLORIA.


753962



56.

R VDR





35
37

Quod DEO Salvatori Gloriosum!
DISPUTATIO THEOLOGICA

De
**NATURA
FIDEI JUSTI-
FICANTIS,**

Ex Joh. c. i. v. 12.

Quam
Mandato Serenissimi
Consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ
Pro LICENTIA
Consequendi Gradum Doctoris in Theologia
Publico Examini sifit

CHRISTOPHORUS REUCHLIN.
S. S. Theol. P. P. O. & Eccles. Pastor.
Respondente,
M. VITO FRIDERICO Weihenmayer/
Ill. Stip. Repet.
Die & April.
In Aula Theologorum Nova,
T U B I N G A E
A. O. R. MDCCI.

Literis Joh. Conradi Eitelij.